



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLXXVII. ad annum DXC.

Parisiis, 1644

Epistola IX. Pelagii Papae II. Ad Episcopos Germaniae Et Galliae. Nouem
praefationes, inter Missarum solennia decantandae, a Romana ecclesia
recipi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15221

causa patres nostri decernendum duxere dignum, vt con-debet, necesse est, cum labefactari vel infirmari cœperit, apostolica denuo auctoritate firmari ac renouari, fratribusque dari. Data Kalendis Martii anno Domini 587. in-dictione quinta.

N O T A.

**Epistola.*] Hæc est illa epistola Pelagii, qua Pelagius, teste sancto Gregorio, Synodi Constantinopolitanae omnia acta, præterquam absolutionem Gregorii Antiocheni episcopi, cassavit & reprobauit: præcipue vero illud Decretum, quo Ioannes Constantinopolitanus episcopus nomen œcumenici sibi arroganter usurpauerat. Qua de re vide quæ infra dicam in notis allegatæ Synodi Constantinopolitanae. Ridiculum est quod ex hac epistola nouantes hæretici primatum ecclæsiæ impugnent, cum hinc potius vnde此 validissima argumen-ta colligi possint, quibus Romani pontificis primatus firmissime corroboratur. Vide Baron. anno 587. num. 7. & 13. 14. & 15.

E P I S T O L A I X.

P E L A G I I P A P Æ I I.

A D E P I S C O P O S G E R M A N I Æ E T G A L L I Æ.

Nouem præfationes, inter Missarum solennia decan-tandæ, a Romana ecclesia recipi.

Pelagius Romanæ ecclesiæ & apostolicæ sedis episcopus uniuersis Germaniarum ac Galliarum regionum episcopis.

CVM in Dei nomine in Romana ecclesia Synodum epi-scoporum siue ceterorum confacerdotum Dei fide-lium congregatam habuissemus, & de ecclesiasticis statu-tis, vt sunt ab apostolis & sanctis patribus tradita, diligen-tius tractaremus; superuenere literæ vestræ, & vt ma-gnæ essent auctoritatis, etiam viuæ voces præcesserunt, ro-gantes, vt ordinem præfationum, quem sancta Roma-na ecclesia hætenus haberet, nostris literis vobis reman-daremus. Tunc de vestra voluntate & studio tam bono multum gauisi sumus, & sacrum ordinem Romanum, sacraque constituta nostrorum antecessorum solerter re-legentes, inuenimus has nouem præfationes in sacro cata-logo tantummodo recipendas, quas longa retro veritas in Romana ecclesia hætenus seruauit: vnam in Albis pa-schalibus, aliam de Ascensione Domini, tertiam de Pen-

E . iij

tecoste, quartam de Natali Domini, quintam de apparitione Domini, sextam de apostolis, septimam de sancta trinitate, octauam de cruce, nonam in ieiunio & quadragesima tantummodo dicendam. Has praefationes te net & custodit sancta Romana ecclesia. Has tenendas vobis mandamus.

NOTA.

* *Ordinem praefationum.*] De praefationibus meminere Concilium Mileuit. cap. 12. & Africanum cap. 70. Earum nouem, de quibus hic, auctor proditur Gelasius in libro pontificali. Decimam de beata Virgine edidit Urbanus secundus, in Concilio Placentiæ habito, ut ait Gratianus ad d. 70. & alii.

DECRETA PELAGII.

EX GRATIANO, QVÆ SECUNDО TRIBVVNTVR.

Pelagius papa Antoninæ patriciæ, & Deciæ.

16. q. 1. De
prælen-
tium.
Iuo p. 7.
cap. 23.

DE præsentium portitore, quod defensor factus non est, nulla vobis animi molestia sit: quia vere satis amarissimum habeo de isto proposito ad * illud officium homines deduci, in quo nullo modo quæ a monachis Deo promissa sunt valeant adimpleri. Omnimoda enim est illius habitus, & istius officii diuersitas. Illic enim quies, oratio, labor manuum; at hic causarum cognitio, conuentiones, actus, publica litigia, & quæcumque vel ecclesiastica instituta, vel supplicantium necessitas poscit. Faciat autem Deus, ut tales sint hi, qui vela nobis in isto habitu nutriuntur, vel in monasteriis crescunt, ut prouerba ætate, & vita probata non ad litigiorum officia, sed ad sacerdotium valeant promoueri.

PELAGIVS PAPA
FLORENTINO EPISCOPO.

Qui post mortem, &c.

Diss. 34.
Fraternita-
tis. Ans. 1. 7.
c. 68. al. 73.
Poly. l. 2.
tit. 1.

FRATERNITATIS tuæ relatione suscepta, eius latorem secundas quidem nuptias, expertum non fuisse didicimus; castitatem tamen * eum priori non seruasse, coniugio designasti. Et quamuis multa sint quæ in huiusmodi casibus obseruari canonice iubeat sublimitatis^{al. cuya} aucto-^{titatis} ritas: tamen quia defectus nostrorum temporum, qui-